

curium nuncupat. Sic Philosophi ~~se~~ quandoque fer-
 rum } ~~mones~~ sal nominant, quemadmodum in clangore Buc-
 cinæ videre est, ubi dicitur: Observato, quod corpora
 alumina & Sal fient, quæ ex corporibus nostris proma-
 nant. Sæpenumero etiam ipsam Medicinam Sal appel-
 lant, veluti in Scala legitur: Opus alterius aquæ est, ut
 terram eleuet in mirabile illius sal, idque solummodo per
 virtutem suam adtractivam. Et Arnoldus, in suo, de con-
 servanda juventute, libro, ait: Sed illud, quod sui simile
non habet, in conservanda juventute, est Sal ex Minera.
 Veteres Sapientes illud, dum præparatum fuit, naturali
 calori fani cuiusdam adolescentis compararunt, & quo-
 que, ob istam parabolam, lapidem cum animalis alicuius
nomine appellarunt: alij Mineralem Chifit, quidam ve-
ro semper durantem Medicinam, alij Aquam vitæ nun-
cuparunt. Tota autem suæ præparationis scientia est, ut
 videlicet in puram potabilemque aquam reducatur, id-
 que cum illis rebus, quæ cum illa vnam eandemque pro-
prietatem communem habent.

The Chymic. Vols.
p. 171.

The Chymic Vols. p. 171.
in p. 171.

vel Chifit minerali
Johannsen in Lexic. p. 57.
The Chymic Vols.
p. 691.

Ex quibus manifesto adparet, quod neque iuxta do-
 ctrinam Philosophorum, neque ipsius naturæ propieta-
 tem, Lapidis Materia ex minoribus Mineralibus sumi
 possit.

Nunc paulisper circumspiciemus, an magni nostri La-
 pidis Materia ex mediis Mineralibus, utpote Marcasitis,
 Antimonio, Magnesia, & id genus rebus aliis confici pos-
 sit, præsertim cum eorumdem Philosophi, pluribus in lo-
 cis, mentionem faciant: utpote dum Senior ait: Si in Au-
 ripigmento non virtus, ad coagulandum Mercurium, es-
 set, tunc Magisterium nostrum numquam ad finem suum